

22

1225487X

	C
	38
	31(22)

R - 30. 315

CARTA PASTORAL

del

EXCMO. È ILMO. S.^R ARZOBISPO DE GRANADA,

PARA PUBLICAR LA ENCÍCLICA

DE

NUESTRO SANTÍSIMO PADRE PIO NONO

de 8 de Diciembre de 1864.



GRANADA.

IMPRESA Y LIBRERÍA DE DON GERÓNIMO ALONSO.

1865.

Llorca

24 SET. 91

REPUBLICA DE GUAYAMA
CALLE 2.ª N.º 200

ESTADO DE GUAYAMA
MAYO 1911

ESTADO DE GUAYAMA
MAYO 1911



NOS DON SALVADOR JOSEF DE REYES,

GARCÍA DE LARA, POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA ARZOBISPO DE GRANADA, PRELADO DOMÉSTICO DE SU SANTIDAD, ASISTENTE AL SACRO SOLIO PONTIFICIO, CABALLERO GRAN CRUZ DE LA REAL Y DISTINGUIDA ÓRDEN ESPAÑOLA DE CÁRLOS III, SENADOR DEL REINO ETC.

Al venerable Dean y Cabildo de esta nuestra Santa Iglesia metropolitana, á los reverendos Curas Párrocos y demás Eclesiásticos y á todos los fieles de esta nuestra amada diócesis:

Salud y paz en Ntro. Señor Jesucristo.

Hacemos saber, que hemos recibido de N. Smo. Padre Pio IX una Carta enciclica fecha el dia 8 de Diciembre del año próximo pasado, cuyo tenor es el siguiente:

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS, PRIMATIBUS, ARCHIEPISCOPIS, ET EPISCOPIS UNIVERSIS GRATIAM ET COMMUNIONEM APOSTOLICAE SEDIS HABENTIBUS.

A TODOS NUESTROS VENERABLES HERMANOS LOS PATRIARCAS, PRIMADOS, ARZOBISPOS Y OBISPOS, QUE SE HALLEN EN GRACIA Y COMUNION DE LA SILLA APOSTÓLICA.

PIUS PP. IX.

PIO PAPA IX.


VENERABILES FRATRES.

VENERABLES HERMANOS.

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

SALUD Y BENDICION APOSTOLICA.

uanta cura ac pastorali vigilantia Romani Pontifices Prædecessores Nostri exsequentes demandum sibi ab ipso Christo Domino in persona Beatissimi Petri Apostolorum Principis officium, munusque pascendi agnos et oves

abido es y notorio á todos, y principalmente á vosotros, Venerables Hermanos, con cuánto cuidado y vigilancia pastoral los Romanos Pontifices nuestros Prædecessores, cumpliendo el oficio y ministerio de apacentar los corde-

nunquam intermiserint universum Dominicum gregem sedulo enutrire verbis fidei, ac salutari doctrina imbuere, eumque á venenatis pascuis arcere, omnibus quidem ac Vobis præsertim comperitum, exploratumque est, Venerabiles Fratres. Et sane iidem Decessores Nostri augustæ catholicæ religionis, veritatis ac justitiæ assertores et vindices, de animarum salute maxime solliciti nihil potius unquam habuere, quam sapientissimis suis Litteris, et Constitutionibus reteregete et damnare omnes hæreses et errores, qui Divinæ Fidei nostræ, catholicæ Ecclesiæ doctrinæ, morum honestati, ac sempiternæ hominum salutis adversi, graves frequenter excitarunt tempestates, et christianam civilemque rempublicam miserandum in modum funestarent. Quocirca iidem Decessores Nostri Apostolica fortitudine continenter obstiterunt nefariis iniquorum hominum molitionibus, qui despumantes tamquam fluctus feri maris confusiones suas, ac libertatem promittentes, cum servi sint corruptionis, fallacibus suis opinionibus, et perniciosissimis scriptis catholicæ religionis civilisque societatis fundamenta convellere, omnemque virtutem ac justitiam de medio tollere, omniumque animos mentesque depravare, et incautos imperitamque præsertim juventutem á rectorum disciplina avertere, eamque miserabiliter corrumpere, in erroris laqueos inducere, ac tandem ab Ecclesiæ catholicæ sinu avellere conati sunt.

ros y las ovejas encargado á ellos por el mismo Cristo nuestro Señor en la persona del Beatísimo S. Pedro príncipe de los Apóstoles, jamás han dejado de alimentar fielmente á toda la grey del Señor con las palabras de la fe, y de imbuirla con la saludable doctrina, apartándola de los pastos venenosos. Y á la verdad los mismos Predecesores nuestros, defensores y protectores de la augusta Religión católica, y de la verdad y justicia, solícitos en extremo de la salud de las almas, en nada pusieron tanto empeño como en descubrir y condenar por medio de sus sapientísimas Letras y Constituciones todas las herejías y errores, que siendo contrarios á nuestra divina fe, y á la doctrina de la Iglesia católica, á la honestidad de las costumbres y á la salud eterna de los hombres, han levantado frecuentemente grandes tempestades, y han llenado de luto á la república cristiana y civil. Por lo cual los mismos Predecesores nuestros se han opuesto constantemente con Apostólica fortaleza á las impías maquinaciones de los hombres perversos, que arrojando como las bravas olas de la mar las espumas de sus torpezas, y prometiendo libertad, siendo ellos como son, esclavos de la corrupcion, han intentado con sus falaces opiniones y perniciosísimos escritos trastornar los fundamentos de la Religión católica y de la sociedad civil, quitar del mundo toda virtud y justicia, depravar los corazones y ánimos de todos, y apartar á los incautos y princi-

Jam vero, uti vobis, Venerabiles Fratres, apprime notum est, Nos vix dum arcana divinæ providentiæ consilio nullis certe Nostris meritis ad hanc Petri Cathedram evecti fuimus, cum videremus summo animi Nostris dolore horribilem sane procellam tot pravis opinionibus excitatam, et gravissimam, ac nunquam satis lugenda damna, quæ in christianum populum ex tot erroribus redundant, pro Apostolici Nostris Ministerii officio illustria Prædecessorum Nostrorum vestigia sectantes, Nostram extulimus vocem, ac pluribus in vulgus editis encyclicis Epistolis et Allocutionibus in Consistorio habitis, aliisque Apostolicis Litteris præcipuos tristissimæ nostræ ætatis errores damnavimus, eximiamque vestram episcopalem vigilantiam excitavimus, et universos catholicæ Ecclesiæ Nobis carissimos filios etiam atque etiam monuimus et exhortati sumus, ut tam diræ contagia pestis omnino horrerent et devitarent. Ac præsertim Nostra prima Encyclica Epistola die 9 novembris 1846 Vobis scripta, binisque allocutionibus, quarum altera die 9 decembris anno 1854, altera vero 9 junii anno 1862 in Consistorio à Nobis habita fuit, monstrosa opinionum portenta damnavimus, quæ hac potissimum ætate cum maximo animarum damno, et civilis ipsius so-

palmente à la juventud imperita de la recta disciplina moral, y corromperla miserablemente, inducirla en los lazos del error, y por último arrancarla del seno de la Iglesia católica.

Ahora bien, V. H., como sabeis perfectamente, apenas fuimos elevados á esta cátedra de S. Pedro por los ocultos consejos de la Divina Providencia y no por nuestros méritos, viendo como veíamos, con sumo dolor de nuestro corazón una horrible tempestad levantada con tantas perversas opiniones, y los daños gravísimos y nunca bastantemente deplorables que redundan en el pueblo cristiano de tantos errores, en cumplimiento de nuestro Apostólico ministerio, y siguiendo los ilustres vestigios de nuestros Predecesores, levantamos nuestra voz, y por medio de muchas Cartas Encíclicas, Alocuciones pronunciadas en consistorio y otras Letras Apostólicas que hemos publicado, hemos condenado los principales errores de nuestra tristísima época, hemos procurado excitar vuestra eximia vigilancia episcopal, y una y otra vez hemos aconsejado y exhortado á todos nuestros muy amados los hijos de la católica Iglesia, á que mirasen con profundo horror y evitasen el contagio de peste tan cruel. Principalmente en nuestra primera Encíclica dirigida á Vosotros el día 9 de Noviembre del año de 1846, y en las dos Alocuciones pronunciadas por Nos en consistorio, la primera el día 9 de Diciembre del año de 1854 y la otra el 9 de Junio de 1862, con-

cietatis detrimento dominantur, quæque non solum catholicæ Ecclesiæ, ejusque salutari doctrinæ ac venerandis juribus, verum etiam sempiternæ naturali legi á Deo in omnium cordibus insculpatæ, rectæque rationi maxime adversantur, et ex quibus alii prope omnes originem habent errores.

denamos los monstruosos errores, que con grandísimo daño de las almas y detrimento de la misma sociedad civil, dominan principalmente en esta época, los cuales sumamente se oponen no solo á la Iglesia católica y á su saludable doctrina y venerandos derechos, sino aun á la eterna ley natural, impresa por Dios en el corazón de todos, y á la recta razón, naciendo como nacen de ellos casi todos los otros errores.

Etsi autem haud omiserimus potissimos hujusmodi errores sæpe proscribere et reprobare, tamen catholicæ Ecclesiæ causa, animarumque salus Nobis divinitus commissa, atque ipsius humanæ societatis bonum omnino postulant, ut iterum pastoralem vestram sollicitudinem excitemus ad alias pravas profligandas opiniones, quæ ex eisdem erroribus, veluti ex fontibus erumpunt. Quæ falsæ ac perversæ opiniones eo magis detestandæ sunt, quod eo potissimum spectant, ut impediatur et amoveatur salutaris illa vis, quam catholica Ecclesia ex divini sui Auctoris institutione et mandato libere exercere debet usque ad consummationem sæculi non minus erga singulos homines, quam erga nationes, populos summosque eorum Principes, utque de medio tollatur mutua illa inter Sacerdotium et Imperium consiliorum societas et concordia, quæ rei cum sacræ tum civili fausta semper extitit ac salutaris (1). Et-

Aunque no háyamos pues omitido proscribir y reprobare con frecuencia estos principales errores, sin embargo la causa de la Iglesia católica y la salud de las almas encomendadas por Dios á nuestro cuidado, y aun el bien de la misma sociedad humana piden absolutamente el que de nuevo excitemos vuestra solicitud pastoral, para destruir otras perversas opiniones que brotan como de fuentes de los mismos errores. Cuyas falsas y perversas opiniones tanto mas deben detestarse, cuanto que tienen por principal objeto el impedir y apartar aquella fuerza ó influjo saludable, que la Iglesia católica por institución y mandato de su Divino Autor debe ejercer hasta la consumación de los siglos no menos sobre cada uno de los hombres, como sobre las naciones, pueblos y principes supremos; y tienden igualmente á que desaparezca aquella mutua sociedad y concordia entre el Sacerdocio y el Imperio, la cual siempre fué fausta y saludable, tanto á la república

(1) Gregor. XVI. Epist. encycl. *Mirari*
13 Aug. 1832.

enim probe noscitis, Venerabiles Fratres, hoc tempore non paucos reperiri, qui civili consortio impium absurdumque *naturalismi*, uti vocant, principium applicantes audent docere, «optimam societatis publicæ rationem, civilemque progressum omnino requirere, ut humana societas constituatur et gubernetur, nullo habito ad religionem respectu, ac si ea non existeret, vel saltem nullo facto veram inter falsasque religiones discrimine.» Atque contra sacrarum Litterarum, Ecclesiæ, sanctorumque Patrum doctrinam asserere non dubitant, «optimam esse conditionem societatis, in qua Imperio non agnoscitur officium coercendi sancitis pœnis violatores catholicæ religionis, nisi quatenus pax publica postulet.» Ex qua omnino falsa socialis regiminis idea haud timent erroneam illam fovere opinionem catholicæ Ecclesiæ, animarumque saluti maxime exitialem á rec. mem. Gregorio XVI Prædecessore Nostro *deliramentum* appellatam (1), nimirum «libertatem conscientiæ, et cultuum esse proprium cujuscumque hominis jus, quod lege proclamari, et asseri debet in omni recte constituta societate, et jus civibus inesse ad omnimodam libertatem nulla vel ecclesiastica, vel civili auctoritate coarctandam, quo suos conceptus quoscumque sive voce, sive typis, sive alia ratione palam publiceque manifestare, ac declarare valeant.» Dum vero id temere affirmant, haud cogitant et

cristiana como á la civil (1). Pues sabeis muy bien, V. H., se hallan no pocos que aplicando á la sociedad civil el impío y absurdo principio que llaman del *Naturalismo*, se atreven á enseñar «que el «mejor orden de la sociedad pública, y el progreso civil exigen «absolutamente que la sociedad humana se constituya y gobierne sin relacion alguna á la Religion, como si ella no existiese, ó «al menos sin hacer alguna diferencia entre la Religion verdadera y las falsas.» Y contra la doctrina de las sagradas letras, la de la Iglesia y de los Santos Padres, no dudan afirmar: «Que es «la mejor la condicion de aquella «sociedad en que no se le reconoce «al Imperante ó Soberano derecho «ni obligacion de reprimir con «penas á los infractores de la Religion católica, sino en cuanto lo «pida la paz pública.» De cuya idea totalmente falsa del gobierno social, no vacilan deducir y fomentar aquella errónea opinion sumamente perjudicial á la Iglesia católica y á la salud de las almas llamada delirio por nuestro Predecesor Gregorio XVI de gloriosa memoria (2), á saber: «que «la libertad de conciencia y de «cultos es un derecho propio de «todo hombre, cuyo derecho debe ser proclamado y asegurado por la ley en toda sociedad bien constituida, y que los ciudadanos tienen derecho á gozar «de omnimoda libertad, sin tra-

(1) Gregor. XVI Epist. Encycl. *Mirari* 15 Aug. 1832.

(2) Eadem encycl. *Mirari*.

(1) Eadem encycl. *Mirari*.

considerant, quod *libertatem perditionis* (1) prædicant, et quod «si humanis persuasionibus semper disceptare sit liberum, nunquam deesse poterunt, qui veritati audeant resultare, et de humana sapientiæ loquacitate confidere, cum hanc nocentissimam vanitatem quantum debeat fides et sapientia christiana vitare, ex ipsa Domini Nostri Jesu Christi institutione cognoscat» (2).

Et quoniam ubi á civili societate fuit amota religio, ac repudiata divinæ revelationis doctrina et auctoritas, vel ipsa germana iustitiæ humanique juris notio tenebris obscuratur et amittitur, atque in veræ justitiæ legitimique juris locum materialis substituitur vis, inde liquet cur nonnulli certissimis sanæ rationis principiis penitus neglectis posthabitisque audeant conclamare, «voluntatem populi, publica, quam dicunt, opinione, vel alia ratione manifestatam constituere supremam legem ab omni divino humanoque jure solutam, et in ordine politico facta consummata, eo ipso quod consummata sunt vim juris habere.» Verum equis non videt, planeque sentit, hominum

«bas ningunas por parte de la autoridad eclesiástica ó civil, para poder manifestar y declarar públicamente y sin rebozo sus conceptos, sean cuales fueren, ya de palabra, ó por impresos, ó de otro modo.» Pero cuando esto afirman temerariamente, no piensan ni consideran que predicán *la libertad de la perdicion* (1), y que «si se deja á la humana persuasion entera libertad de disputar, nunca faltará quien se oponga á la verdad, y ponga su confianza en la locuacidad de la humana sabiduría, debiendo por el contrario conocer por la misma doctrina de N. Señor Jesucristo cuanto está obligada á evitar esta dañosísima vanidad la fe y sabiduría cristiana.» (2)

Y por cuanto desde que de la sociedad civil es desterrada la Religion, y repudiada la doctrina y autoridad de la divina revelacion, queda oscurecida y aun perdida hasta la misma legítima nocion de la justicia y del derecho humano, y en lugar de la verdadera justicia y legítimo derecho se sustituye la fuerza material, de aquí resulta claramente la razon porque algunos despreciando y dejando totalmente á un lado los certísimos principios de la sana razon, se atreven á proclamar «que la voluntad del pueblo manifiestada por la que llaman opinion pública, ó de otro modo constituye la suprema ley superior á todo derecho divino y humano; y que en el órden público

(1) S. Aug. epist. 105 al. 166.

(2) S. Leo ep. 164 al. 133. p. 2 edit. Ball.

(1) S. Aug. ep. 105. al. 166.

(2) S. Leo ep. 164 alias 133 p. 2 edit. Baller.

societatem religionis ac veræ justitiæ vinculis solutam nullum aliud profecto propositum habere posse, nisi scopum comparandi, cumulandique opes, nullamque aliam in suis actionibus legem sequi, nisi indomitam animi cupiditatem inserviendi propriis voluptatibus et commodis? Eapropter hujusmodi homines acerbo sane odio insectantur Religiosas Familias quamvis de re christiana, civili, ac literaria summopere meritas, et blaterant, easdem nullam habere legitimam existendi rationem, atque ita hæreticorum commentis plaudunt. Nam, ut sapientissime rec. mem. Pius VI Decessor Noster docebat «regularium abolitio lædit statum publicæ professionis consiliorum evangelicorum, lædit vivendi rationem in Ecclesia commendatam tamquam Apostolicæ doctrinæ consentaneam, lædit ipsos insignes fundatores, quos super altaribus veneramus, qui non nisi á Deo inspirati eas constituerunt societates» (1). Atque etiam impie pronunciant, auferendam esse civibus et Ecclesiæ facultatem «qua eleemosynas christianæ charitatis causa palam erogare valeant», ac de medio tollendam legem «qua certis aliquibus diebus opera servilia propter Dei cultum prohibentur» fallacissime prætexentes, commemoratam facultatem et legem optimæ publicæ œconomix principiis obsistere. Neque contenti amovere religionem á publica societate, volunt religionem ipsam á privatis etiam

«los hechos consumados, por solo que lo son, tienen fuerza de derecho.» Mas ¿quién no ve y siente claramente que la sociedad humana libre de los vínculos de la religion y verdadera justicia, no puede proponerse otro objeto que adquirir y acumular riquezas, y que no sigue en sus acciones otra ley mas que el indómito apetito de servir á sus propios placeres y comodidades? Por estos motivos semejantes hombres persiguen con encarnizado odio á las familias religiosas, aunque sumamente beneméritas de la república cristiana, civil y literaria, y neciamente vociferan que ellas no tienen razon alguna legítima de existir, y con esto aprueban con aplauso las calumnias y ficciones de los hereges, pues como enseñaba sapientísimamente nuestro predecesor Pio VI de gloriosa memoria: «La abolicion de los Regulares perjudica al estado de la pública profesion de los consejos evangelicos, injuria un modo de vivir recomendado en la Iglesia como conforme á la doctrina Apostólica, y ofende injuriosamente á los mismos insignes fundadores á quienes veneramos sobre los altares, y que no sin inspiracion de Dios establecieron semejantes corporaciones.» (1) Y tambien pronuncian impiamente que debe quitarse á los ciudadanos «y á la Iglesia la facultad de que puedan dar públicamente limosna movidos de la caridad cristiana, y que debe abolirse la ley que prohíbe en cier-

(1) Epist. ad Card. De la Rochefoucault 10 martii 1791.

(1) Epist. ad Card. De la Rochefoucault 10 Mart. 1791.

arcere familiis. Etenim funestissimum *Communismi* et *Socialismi* docentes ac profitentes errorem asserunt «societatem domesticam seu familiam totam suæ existentiæ rationem à jure dumtaxat civili mutuari; proindeque ex lege tantum civili dimanare ac pendere jura omnia parentum in filios, cum primis vero jus institutionis, educationisque curandæ.» Quibus impiis opinionibus, machinationibusque in id præcipue intendunt fallacissimi isti homines, ut salutifera catholicæ Ecclesiæ doctrina ac vis à juventutis institutione et educatione prorsus eliminetur, ac teneri flexibilesque juvenum animi perniciosis quibusque erroribus vitisque misere inficiantur ac depraventur. Siquidem omnes, qui rem tum sacram, tum publicam perturbare, ac rectum societatis ordinem evertere, et jura omnia divina et humana delere sunt conati, omnia nefaria sua consilia, studia et operam in improvidam præsertim juventutem decipiendam ac depravandam, ut supra innuimus, semper contulerunt, omnemque spem in ipsius juventutis corruptela collocarunt. Quocirca nunquam cessant utrumque Clerum, ex quo, veluti certissima historiæ monumenta splendide testantur, tot magna in christianam, civilem, et litterariam rempublicam commoda redundarunt, quibuscumque infandis modis divexare, et edicere, ipsum Clerum «utpote vero, utilique scientiæ et civilitatis progresui inimicum ab omni juventutis instituendæ educandæque cura et officio esse amovendum.»

«tos dias las obras serviles para «dar culto á Dios,» dando falacisimamente por pretesto que la mencionada facultad y ley se oponen á los principios de la mejor economia pública. Ni contentos con apartar la Religion de la pública sociedad, quieren quitarla aun á las mismas familias particulares; pues enseñando y profesando el funestísimo error del *comunismo* y *socialismo*, afirman «que la sociedad doméstica toma «solamente del derecho civil toda «la razon de su existencia, y por «tanto que solamente de la ley civil dimanar y dependen todos «los derechos de los padres sobre «los hijos, y en primer lugar el de «cuidar de su instruccion y educacion.» Con cuyas opiniones y maquinaciones impias intentan principalmente estos hombres falacisimos el que sea eliminada totalmente de la instruccion y educacion de la juventud la saludable doctrina é influjo de la Iglesia católica, y así queden miserablemente inficionados y depravados con toda clase de errores y vicios, los tiernos y flexibles corazones de los jóvenes. Pues todos los que han intentado perturbar la República sagrada ó civil, derribar el órden bien establecido de la sociedad, y destruir todos los derechos divinos y humanos, han dirigido siempre, como lo indicamos antes, todos sus nefandos proyectos, conatos y esfuerzos á engañar y corromper principalmente á la incauta juventud, y toda su esperanza la han colocado en la perversion y depravacion de la misma juventud. Por lo cual ja-

más cesan de perseguir y calumniar por todos los medios mas abominables á uno y otro clero, secular y regular, del cual, como prueban los testimonios mas brillantes de la historia, han redundado tan grandes utilidades á la república cristiana, civil y literaria, propalando «que debe ser separado de todo cuidado y empleo de instruir y educar la juventud el mismo clero, como «enemigo que es del verdadero «progreso de la ciencia y de la «civilizacion.»

At vero alii instaurantes prava ac toties damnata novatorum commenta, insigni impudentia audent, Ecclesiae et hujus Apostolicae Sedis supremam auctoritatem á Christo Domino ei tributam civilis auctoritatis arbitrio subjicere, et omnia ejusdem Ecclesiae et Sedis jura denegare circa ea quae ad exteriorem ordinem pertinent. Namque ipsos minime pudet affirmare «Ecclesiae leges non obligare in conscientia, nisi cum promulgantur á civili potestate; acta et decreta Romanorum Pontificum ad religionem et Ecclesiam spectantia indigere sanctione et approbatione, vel minimum assensu potestatis civilis; constitutiones Apostolicas (1), quibus damnantur clandestinae societates, sive in eis exigatur, sive non exigatur juramentum de secreto servando, earumque asseclae et fautores anathemate mulentur, nullam habere vim in illis orbis regionibus ubi ejusmodi aggrega-

Pero otros renovando los perversos y tantas veces condenados errores de los novadores, se atreven con una insigne impudencia á sujetar al arbitrio de la potestad civil la suprema autoridad de la Iglesia y de esta Sede Apostolica, concedida á ella por Cristo Señor nuestro, y á negar todos los derechos de la misma Iglesia y Santa Sede sobre aquellas cosas que pertenecen al orden exterior. Pues no se avergüenzan de afirmar «que las leyes de la Iglesia «no obligan en conciencia sino «cuando son promulgadas por la «potestad civil; que los actos y «decretos de los Romanos Pontifices pertenecientes á la Religion «y á la Iglesia necesitan de la sancion y aprobacion, ó al menos del «asenso de la potestad civil; que «las Constituciones Apostolicas «por las que se condenan las sociedades secretas (1) (que se exija en ellas ó no juramento de «guardar secreto), y sus secuaces

(1) Clement. XII. «In eminenti» Benedict. XIV. «Providas Romanorum» Pii VII «Ecclesiam.» Leonis XII «Quo graviora.»

(1) Clem. XII. In eminenti. Ben. XIV. Provid. Romanor. Pii VII. Ecclesiam. Leon XII. Quo graviora.

tiones tolerantur á civili gubernio; excommunicationem á Concilio Tridentino et Romanis Pontificibus latam in eos, qui jura possessionesque Ecclesiæ invadunt, ei usurpant, niti confusione ordinis spiritualis, ordinisque civilis ac politici ad mundanum dumtaxat bonum prosequendum; Ecclesiam nihil debere decernere, quod obstringere possit fidelium conscientias in ordine ad usum rerum temporalium: Ecclesiæ jus non competere violatores legum suarum pœnis temporalibus coercendi; conforme esse sacræ theologiæ, jurisque publici principiis, bonorum proprietatem quæ ab Ecclesiis, á familiis religiosis aliisque locis piis possidentur, civili gubernio asserere, et vindicare. Neque erubescunt palam publice profiteri hæreticorum effatum et principium, ex quo tot perversæ oriuntur sententiæ, atque errores. Dictitant enim Ecclesiasticam potestatem non esse jure divino distinctam et independentem á potestate civili, neque ejusmodi distinctionem et independentiam servari posse, quin ab Ecclesia invadantur et usurpentur essentialia jura potestatis civilis. Atque silentio præterire non possumus eorum audaciam, qui sanam non sustinentes doctrinam, contendunt illis Apostolicæ Sedis judiciis, et decretis, quorum objectum ad bonum generale Ecclesiæ, ejusdemque jura, ac disciplinam spectare declaratur, dummodo fidei morumque dogmata non attingat, posse assensum et obedientiam detrectari absque peccato, et absque ulla catholicæ professionis jactura.

«y fautores son anatematizados, no
«tienen alguna fuerza en aquellos
«países donde son toleradas por
«el gobierno civil semejantes sociedades: que la excomunion fulminada por el Concilio Tridentino y por los Romanos Pontifices contra aquellos que invaden
«y usurpan los derechos y posesiones de la Iglesia, se funda
«en la confusion del orden espiritual con el civil y político, solo
«con el fin de conseguir los bienes mundanos: Que la Iglesia
«nada debe decretar ó determinar
«que pueda ligar las conciencias
«de los fieles en orden al uso de
«las cosas temporales: Que la Iglesia no tiene derecho á reprimir
«y castigar con penas temporales
«á los violadores de sus leyes:
«Que es conforme á los principios
«de la sagrada teologia y del derecho publico atribuir y vindicar al Gobierno civil la propiedad de los bienes que poseen las Iglesias, las familias religiosas, y otros lugares pios.» Tampoco se ruborizan de profesar pública y solemnemente el axioma y principio de los herejes de donde nacen tantos errores y máximas perversas; á saber, repiten á menudo que la potestad eclesiástica no es por derecho divino distinta é independiente de la potestad civil, y que no se puede conservar esta distincion é independencia sin que sean invadidos y usurpados por la Iglesia los derechos esenciales de la potestad civil.» Asimismo no podemos pasar en silencio la audacia de los que no sufriendo el yugo de la sana doctrina sostienen, que á

Quod quidem quantopere ad-
setur catholico dogmati plenæ po-
testatis Romano Pontifici ab ipso
Christo Domino divinitus collatæ
universalem pascendi, regendi,
et gubernandi Ecclesiam, nemo
est qui non clare aperteque vi-
deat et intelligat.

In tanta igitur depravatum
opinionum perversitate, Nos Apo-
stolici Nostri officii probe memo-
res, ac de sanctissima nostra re-
ligione, de sana doctrina, et ani-
marum salute Nobis divinitus
commissa, ac de ipsius humanæ
societatis bono maxime solliciti,
Apostolicam Nostram vocem ite-
rum extollere existimavimus. Ita-
que omnes et singulas pravas opi-
niones ac doctrinas singillatim
hiscæ Litteris commemoratas au-
toritate Nostra Apostolica repro-
bamus, proscribimus atque dam-
namus, easque ab omnibus catho-
licæ Ecclesiæ filiis, veluti repro-
batas, proscriptas atque damnatas
omnino haberi volumus et man-
damus.

Ac præter ea, optime scitis,
Venerabiles Fratres, hisce tem-

«aquellos juicios y decretos de la
«Silla Apostólica cuyo objeto se
«declara pertenecer al bien ge-
«neral de la Iglesia y á sus dere-
«chos y disciplina, con tal em-
«pero que no toque á los dogmas
